




Occasionalia *VI-179*
potissimum carmina
vol. Tafel. 19. ~~19.~~

Centuria ~~quinta~~ *quing.*

Un. q.



86

CASTRUM HONORIS,

quod
Rectore Academiae Magnificentissimo,
Serenissimo Domino,

DOMINO

FRIDERICO AUGUSTO,

Principe Regio et Electoratus Sax. Herede,

Pro - Rectore

Summe-Reverendo, Amplissimo, atque Excellen-
tissimo,

DN. IOAN. DEUTSCHMANNO,

SS. Theol. Doct. Prof. Prim. Acad. Seniore, Tem-

pli ad Arcem Praeposito, et Alumnorum

Electoralium Ephoro,

DECANO,

Nobilissimo, Amplissimo, atque Excellentissimo,

DN. IO. ANDREA PLANERO,

Mathematicum Inferiorum Prof. Publico,

Post

Felicem Studiorum suorum cursum

ingrediebatur

IO. CHRISTOPHORUS BRAUNHARDUS,

Longaleuba - Mifn.

Vitembergae Pridie Kalend. Mai. c1o 1o CCV.

adumbratum

Conterraneis et Amicis.

Wolfgangus Kahlus, Crimic. Mifn. LL. St. | Christoph. Heineccius, Alt. Mifn. SS. Theol. St.
Io Christoph. Knotius, Boca Mif. SS. Theol. St. | Io. Ehrenreich Kochius, Vitemb. Sax. SS. Th. St.
Christianus Fridericus Knotius, Boca Mifn. | Io. Frider. Gatzingerus, Burgft. Mifn. SS. Th. St.
Med. Cult. | Paulus Härtelius, Tichoka Mifn. Phil. Stud.

VITEMBERGAE,

FORMIS CHRISTIANI SCHROEDTERI, ACADEM. TYPOGR.





Vid cecinisse iuvat collapsae moenia
Trojae?

Scilicet ut dicam, praeteriit, quod
erat.

Hinc mens est, aliud deducere carmine castrum,
Quod non Spartano Marmore surgit humi.
Nec longinqua potest aevi mutare vetustas
Neve ferox hostis tempus edaxque nocent.
Hoc Rex coelicolum nuper construxit HONORI,
Ut colat is, quem sic gloria digna manet.
Gloria digna manet non hos, qui nomina tantum
Praefixis titulis tollere ad astra volunt.
Illius ampla domus mens esset tecta referre,
Sed via nunc nobis prospicienda prius
En Trivium! quae sit nobis haeremus eunda
Semita, cui propius culmen Honoris erit?
Vin incamus eam multorum calce notatam
Quam tegit artis opus multiplicando decus.
Viderat hanc noster laetus BRAUNHARDUS, et inquit:
Saepe quieta minus, quae via trita magis
Artificum laudans, nolo damnare labores
Hos damnans edit stultitiae indicium.

Sed tamen his armis, quibus ardua montis HONORIS
Scandunt, capturos pernego praesidium.
Hincque reor gnavis obstacula nulla relicta,
Esse viris, alias ingenio docili,
Credo sibi quoddam nomen molitus Apelles
Egregiis tabulis; at quotus ille fuit.
Quapropter diversa meo nunc pectore volvo,
Namque a vulgari pulvere distat honor.
Unde pedes referam, bivium placet istud adire,
Consilium capiens, utra terenda via.
Ecce quid insolitum nostris hauritur ocellis,
Spectri? mens haeret, num genius, vel homo.
Solvamus curas animo! quia Palladis icon
Est, quod ad hanc dubiam constituere viam.
Dextra tenet Librum sed laeva porrigit hastam,
His quoniam studiis Fama paranda venit.
Nunc nunc consilium mea mens meditare salubre
Quae via sit pedibus jam capienda meis.
Alis fert niveis Heroum Fama per auras
Facta, datos hominum millia mille truci.
Profundunt, qui pro patria sub vulnere vitam
Nomen ab aeterna posteritate ferunt.
Quare Relligio, manes privare virorum
Laudibus, intrepida, quas meruere manu.
Nos inter celebris splendet gloria belli,
Et sequerer, si non sanguinolenta foret.
Millia mille hominum morti dant mille pericla
Mille repentinas accumulans lacrimas

Nos meliore via Famae tendemus ad arcem,
Qvam nostro ingenio suggerit alma quies.
Linqvere tempus erat ruditatem mentis inertem,
Et sat prudenter nosse, quid expediat.
Inde datum molitur iter BRAUNHARDUS, et ecce
Percipit in Cathedris verba sonare piis.
Non datur ad Musas via, credas, plana brevisque,
Nempe in praecipiti rupe Camoena sedet.
Et cauto et lento per saxa per ardua gressu
Festinet, Phoebi qui iuga sacra petit.
Occurrunt variae spinae sparsique tribuli
Ast huic susceptum non remorantur iter.
Ipse sibi stimulos addit, labor indefessus
Fortia BRAUNHARDI frangere membra nequit
Ex oculis pellit studiis lethale papaver,
Nec placet in longum stertere velle diem
Esse quid ergo novum non cerno quod antra re-
cludat,
Famae Leucoridum docta caterva sophum,
Et iubeat meritum captare labore Brabeum
BRAUNHARDUM, dignum qui bona cuncta ferat.
Ultima non sint haec, sed praemia prima laborum,
Quae Tibi fatidicis auguror auspiciis.
Scrutaris siquidem studio mysteria sancta,
Invigilasque sacris nocte dieque libris.
Sic Tibi nascetur laus vivax, Famaque perpes,
Et simul aetherae gloria summa Domus.

Mag. H. ...



f

TA-706

Nur 11, 27, 28 verknüpft

107P
1077





80

CASTRUM HONORIS,

quod
Rectore Academiae Magnificentissimo,
Serenissimo Domino,

DOMINO

FRIDERICO AUGUSTO,

Principe Regio et Electoratus Sax. Herede,

Pro - Rectore

*Summe-Reverendo, Amplissimo, atque Excellen-
tissimo,*

DN. IOAN. DEUTSCHMA

SS. Theol. Doct. Prof. Prim. Acad. Sen
pli ad Arcem Praeposito, et Alum
Electoralium Ephoro,

DECANO,

Nobilissimo, Amplissimo, atque Excelle

DN. IO. ANDREA PLA

Mathematicum Inferiorum Prof. P

Post

Felicem Studiorum suorum cur

ingrediebatur

IO. CHRISTOPHORUS BRAUNI

Longaleuba - Misn.

Vitembergae Pridie Kalend. Mai. c1o Io CC
adumbratum

Conterraneis et Amicis.

Wolfgangus Kahlus, Crimnic. Misn. LL. St. Christoph. Heinneccius, Al
Io Christoph. Knotius, Boca Mis. SS. Theol. St. Io. Ehrenreich Kochius, Vi
Christianus Fridericus Knotius, Boca Misn. Io. Frider. Gätzingerus, B
Med. Cult. Paulus Härtelius, Tischok

VITEMBERGAE,

FORMIS CHRISTIANI SCHROEDTERI, ACA

